



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XII. Litterae commendatitiae seu Formatae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

perdurare. Actum fuit hoc sub die memorato KL. Iunij, in anno VIII. Christo propitio Imperij Domni Karoli serenissimi Augusti, & anno XLIII. regni eius in Frãcia, atq; xxxv. in Italia, Indictione prima in Dei nomine feliciter, Amen. His præsentibus qui adfuerunt.

XII. LITTERÆ COM-
mendatitiæ.

SAncto & Deo amabili Magno-
ni dono Dei Archiepiscopo ex
Senonica vrbe. Ego enim in Dei
nomine Ebroinus dono Dei Archi-
episcopus ex Biturige vrbe, in Do-
mino Iesu salutes optamus vobis in
perpetuum. De cætero notum faci-
mus sanctitati vestræ, quia iste præ-
sens presbyter, nomen Dodobertus
parrochianus noster, in nostra dice-
cesi natus, & sacras litteras edoctus
sit, cumque ad ordinem sacrum

promoueri iussimus. Postea vero petiit nobis licentiam, vt in vestra parochia apud hominem aliquem, nomen Hercambaldum manere voluisset. Nos vero petitionē illius non denegauimus, nisi licentiam illi dedissemus, quia scimus quod debene liberis ortus sit. Vnde has litteras cōmendatitias more Ecclesiastico factas ad sanctitatem vestram misimus, vt scire valeat Deo digna charitas vestra, eū nec fuga lapsū, nec sua malitia à nobis eiectum, sed nostra voluntate destinatum. Et vt certius credatis Græca elemēta quæ octogenarium quadringētesimum & primum numerum exprimūt imprimitus adneximus. Π. Petri quoque nominis primam litterā sumptam in medio adscribere rogauimus. Nihilominus etiam paruitatis nostræ nominis primam litteram HE. magnitudinis vestræ secūdam

litteram A. istius fratris nominis tertiam litteram Δ. ciuitatis nostræ quartam Υ. & indictione quarta adiunximus. Addidimus nonagenarium & nonum numerum, id est Φ. & Θ. & insequenter impressione sigilli nostri subter confirmauimus, & manu propria eā roborauimus, & clericis nostris roborari iussimus. Actum in anno x. Imperij domni nostri Caroli, & anno XLIII. regni eius in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Π & Υ & A. Reuerentissimo sancto & Deo amabili illi Archiepiscopo Senonicæ vr̄bis. Ego enim in Dei nomine ille Cenomanicæ ciuitatis Episcopus in Domino Iesu Christo opto vobis salutem in perpetuum. De cætero notum facimus sanctitati vestræ, quia istum præsentem presbyterum &c. *quæ ad verbum eadem sunt cum superiori, ideoque hic repetita nolimus.*

In Dei nomine sanctissimo ac reuerentissimo fratri illi Episcopo, ille illius vrbis Episcopus, in Domino sempiternam salutem. Cognoscat fraternitas, seu charitas vestra, quia iste præsens presbyter nomine ille, in parochia, & in Ecclesia nostra sacris litteris educatus fuit, & ab infantia fuit apud nos seu prædecessores nostros bonum habens testimonium bonamque continentiam, & innocentem vitam deducens. Vnde placuit illi modò, vt ad aliam Ecclesiam se conuerteret, volens sibi quærere seniore, qui se de rebus temporalibus adiuuet, & cui ille secundum ministerium, quod sibi iniunctum est, obsequium præbeat. Vnde vestram fraternitatem compertam facimus, vt cuicumque placuerit eum suscipere, absque vlla ambiguitate hoc faciat: Sciens illum & boni esse testimonij, & à no-

bis sibi ab Ecclesia, quæ nobis ad regendum concessa est, migrandi licentiam accepisse: Et vt hæ litteræ firmiorem obtineant dignitatem, meliusque eis fides adhibeatur, manu nostra eas subter firmavimus.

XIII. *INGENUITAS.*

DVm omnipotens Deus nos præcepit in hoc sæculo sanū corpus habere: Oportet nobis pro salute animæ nostræ frequentius cogitare debere, vt aliquantulum de peccatis nostris minuere mereamur. Itaque ego ille in Dei nomine pro animæ nostræ remedio, vel pro meis peccatis minuendis, vt in futurum Dominus veniam mihi præstare dignetur, seruum iuris mei nomine illum, relaxavi ingenuum. Ea vero ratione, vt à die præsentis sis bene ingenuus, tanquam si ab ingenuis